# ARGVM,

Hoc est,

arissima Paraphrasis in
icum Canticorum, antiqui-
Chaldaica dialecto conscri-
pta, & diebus iamdudum
præteritis in Lati-
num conuersa.

autem è Biblijs Regijs, in gratiam
orum qui eisdem destituuntur,
seorsim edita,

*Ab Edmundo Rivio Hagiographicarum
linguarum in civitate Londi-
nensi Professore.*

LONDINI,
udebat Nic. Okes, Prostant in Officina
Matthæi Lownes. MDCXIIII.

9309 78

# ¶ Ad Lectorem.

NEve forent paginæ aliquot vacuæ, operæ-pretium esse judicavimus, te paucis de instituti huius nostri ratione, & admiranda nobilitate Thargummorum admonere. Quandoquidem comperiendo comperimus hoc genus sacrarum Scripturarum tractationem omnimodam ferè, ab antiqua Prophetarum, Apostolorum, ac illorum qui temporibus eorum contigui floruerunt, disconvenire, Thargumicam igitur, ut succedaneorum exemplar, imo præsentiarum edidimus. at de prodigiosis, quæ in encyclopædiam, Antichristianas panurgiâ, cumulatim irruerunt,

corruptionibus, aliàs, Deo annuente, tractatum peculiarem componemus. Ex hac vetustissima verò paraphrasi (sanctarum literarum candidate) veterem scriptorum divinitùs inspiratorum interpretandi modum elicere queas; & methodicam neotericorum cænophonicam, heu nunc temporis ubicunque terrarum approbatam ac receptam rationem qualis siet percipere pollebis. Quum autem Biblia magna Venetijs impressa, Massorethica vulgo dicta, & pentaglotta, quæ duo quidem (ut vidimus) solummodò paraphrases Onkeli, Ionathanis & Iosephi cæci continent, in perpaucorum sint bibliothecis; Chaldaicus quoque sermo à paucis admodum studeatur, imò verò etiamnum cum crassis quibusdam tenebris miserè involuta jaceat, tantamq; contraxerit rubiginem, ut non modò pristino splendore suo carere videatur, verumetiam quodam veluti luctu & squalore penè deformis conspiciatur; idcirco ut omnes qualicunque conditione

delibe-

libationem Thargumi capiant, & ad
abilis illius linguæ Hagiographicæ
adium promoveantur, ac ad para-
phraſes acquirendas excitentur, quip-
pe quæ ad Hebraici contextus intelli-
gentiam maximum afferant adiumen-
tum, huius libri myſteriis refertiſsimi
interpretationem Chaldaicam, ab anti-
quis & eruditiſsimis Iudæis conſcrip-
tum, & à recentioribus in Latinam di-
alectum tranſlatam, emiſimus. Verſio-
nem, prout in Bibliis regiis conſtat, nul-
libi alteravimus præterquam in illis lo-
cis, quibus vox meritum uſurpatur; cùm
vocabulum Chaldaicum illi reſpondens
מזכי rectiſsimè exponatur puritas, pro-
bitas, à radice זכי derivatum, quod
Hebraicè, Chaldaicè, & Syriacè ſignifi-
cat mundare. & tranſlatio illa inibi pla-
nè redolet Papiſmum. In diſtinctione
capituum huius libri, diverſitas quæ-
dam appareat inter exemplaria; unde
quoque eadem videtur hodie inter ver-
siones; Thargumiſtæ verò editiones ve-

teriores ſunt ſecuti: ea autem varietas te nihil turbabit, ſi ab initio libri conferendo ordieris. Diverſa porrò eſt lectio inter Chaldaica exemplaria, Regia, Complutenſia, Venetiana, & quæ ſecuti ſunt Bahal Aruch, Kimhi, Elias, aliique: exempli gratiâ Cant. I. 12. legitur in fine verſus juxta Compl. נירא abſynthium; in regia autem editione נרדא computruerunt ſicut nardus, cuius odor malus eſt. Attamen paraphraſtes non vult dicere quòd nardus ſit graviſſimi odoris; ſed ut perpetuam ſuam ſervet metaphoram, ait filios Iſrael ſimiles eſſe Nardo: horum enim, inquit, antequam à verò Dei cultu defeciſſent, odor & fama bona per mundum erat diffuſa: ſed ubi vitulum conflaverunt aureum, non ſecus ac nardus putrida fœtuerunt; nam, inquit Matthiolus, ubi nardus ſitum contraxit vel ſubputruit, amiſſa ſuavevolentia graviter olet. eæ autem variæ lectiones, ſunt ortæ ex incuria librariorum, quæ quoque ſacris codicibus authenticis

thenticis utriusque testamenti olim acciderunt. Nunc restat ut corollarium dignitatem Thargumorum enarret. Ac imprimis sciendum est versiones Chaldaas esse vetustissimas. Quis enim credat, Iudæos, quibus lingua Chaldaica à captivitate Babylonica erat familiaris, non priùs in vulgarẽ sermonem scripturas convertisse, quàm dispersi in orbem terrarum post multa secula demum & Hebræa & Chaldæa lingua loqui planè dediscerent? præterea permagnæ authoritatis paraphrases sunt apud Iudæos, cùm Thargumicæ versiones pari loco cum scriptura Hebræa à Talmud habeantur; velut idem testantur & Burgensis & Lyra, uterque è Iudæo Christianus. Paraphrastæ autem celebriores fuerunt Onkelus, Ionathan, & Ioseph; quorum primus in pentateuchum scripsit: & fertur floruisse quadraginta annis circiter, ante nativitatem Christi, tempore Hircani. Ionathanem quoque paulò ante tempora nati Christi vixisse, traditur cum consensu.

ſenſu. De Ioſeph verò minùs conſtat. Nam quando vixerit, planè incertum eſt. Extat etiam Targum Ieroſolymitanum, in præcipua loca pentateuchi ſcriptum, in Bibliis maioribus Venetianis editum, & nuper in Baſilienſibus à Iohanne Euxdorfio Hebraiſta doctiſſimo, ac lexicorum & grammaticarum ſanctiſſimæ puriſſimæque illius linguæ utiliſſimo conſtructore; & Ionathanis cuiuſdam in libros Moſis. Præter has paraphraſes reperiuntur aliæ nonnullæ tùm integræ in aliquot libros, tùm imperfectæ in aliquot ſolùm verſiculos; de quarum auctoribus, ſaltem plærarúmque, non perinde liquet. videntur autem poſterioribus ſeculis ſcriptæ fuiſſe, ideóque ponderis ſunt minoris. His autem contradicere non fas habent Iudæi. ídque docentur à Talmudiſtis: qui ſcribunt, quòd Onkelus &c. doctrinã ſuam Thargumicam à prophetis acceperunt. Atque hinc eſt quòd Lyra & Burgenſis ſcribũt, nullum unquam Iudæorum inventum,

qui

ui Translationi Thargumicæ contradi-
ceret. Rabbini tamen in commentarijs
suis super Biblia sæpenumerò à Thargū
discessionem faciunt, & textum Hebræ-
um aliter interpretantur. itaque ex Tal-
mud & Rabbinorum scriptis collatis,
fundamentum religionis Iudaicæ præci-
puum, esse mendacissimum & vanissi-
mum planissimè apparebit. In paraphra-
sibus autem multa pulchra leguntur in
sensum Christianum, quæ ab antiquis
illud dubiè accepta, & à scholis propheti-
cis tradita, tanquam reliquiæ quædam
remanserunt; & quia non eodem tenore
in omnibus incedūt quo sancti prophetæ,
admixtiq; habent fermenti aliquid Iu-
daici in locis nonnullis, à Spiritu san-
cto fuisse dictatæ non videntur. Atque
hactenus de Thargumis dictum esto. qui
vero plura scire velit, legat tractatum
historicum & theologicum de Chaldai-
cis Bibliorum paraphrasibus, earum ori-
gine, numero, authoribus, antiquitate,
differentijs, authoritate, & insigni

usu

*usu in controversijs Theologicis, ac*
*pturæ interpretationibus, conscrip*
*& editum à Christophoro Helvico*
*crarum literarum & Hebrææ lingua*
*pud Giessenses professore: ex quo ipse*
*liquas harum inferiorum lineolar*
*excerpsi. æqui autem bonique (Lectu*
*consule hanc alienorum editionem lab*
*rum; & Deo favente propediem, meo*
*labore opus, tua inspectione dignissi-*
*mum, excogitatum & dispo-*
*situm habeas pro-*
*mulgatum.*

(* * *)

# Thargum in Canticum Canticorum.

## Caput I.

Cantica & laudes quæ dixit Salomon Propheta rex Iſrael per Spiritum ſanctum coram Domino dominatore totius Seculi. Decem cantica dicta fuerũt in ſeculo iſto, hoc canticum laudabilius eſt omnibus iis. Primum Canticum dixit Adam in mpore quo dimiſſum fuit illi peccatum um: & venit dies Sabbati, & protexit n: aperuit os ſuum, & dixit Pſalmum ntici diei Sabbati. Canticum ſecunm dixit Moſes cum filijs Iſrael in temre quo diviſit eis dominator ſeculi mare ctoſum: aperuerunt omnes os ſuum,

& dixerunt simul Canticum. quoniam sic scriptum est: tunc cecinit Moses & filij Israel. Canticum tertiũ dixerunt filij Israel in tempore quo datus fuit eis puteus aquę. sic enim scriptum est: Tunc cecinit Israel. Canticum quartum dixit Moses Propheta quando pervenit tempus ejus ut dissolveretur ab hoc seculo: & increpavit in eo domum Israel. quoniam sic scriptum est: audite cœli, & loquar. Canticum quintum dixit Iosue filius Nun quando iniit prælium in Gabaon, & steterunt ei Sol & Luna triginta & sex horis, & cessaverunt dicere Canticum: aperuit ille os suum, & dixit Canticum. Sic enim scriptum est: tunc cecinit Iosue coram Domino. Canticum sextum dixerunt Barach & Debora, in die quo tradidit Dominus Sisaram & exercitum ejus in manum filiorum Israel. quoniam sic scriptum est: & cecinit Debora & Barach filius Abinoem. Canticum septimum dixit Anna in tempore quo datus fuit ei filius à facie Domini. sic enim scriptum est: & oravit Anna in Prophetia & dixit. Canticum octavum dixit David rex Israel pro omnibus miraculis quæ fecit ipsi Dominus: aperuit os suum & dixit Canticum. quoniam sic scriptum est:

cinit David in Prophetia coram Domi-
. Canticum nonum dixit Salomon rex
rael in ſpiritu Prophetico coram Domi-
o dominatore totius ſeculi. Canticum
decimum dicturi ſunt filij Captivitatis,
quando egreſſi fuerint de captivitate ſua.
quoniam ſic ſcriptum eſt, & declaratum
per manus Eſaiæ Prophetæ. ſic enim ſcri-
ptum eſt : Canticum iſtud erit vobis in
gaudium, ſicut in nocte qua ſanctificata
eſt ſolennitas Paſchæ, & lætitia cordis ſi-
cut populi qui ambulant ut appareant co-
ram Domino tribus vicibus in anno, in or-
ganis muſicorum & voce tubæ corneæ, ut
ingrediantur in montem Domini, & ut
ſerviant coram Deo fortiſſimo Iſrael.

2. Dixit Salomon Propheta : benedi-
ctum nomen Domini, qui dedit nobis le-
gem per manum Moſis ſcribæ magni ſcri-
ptam in duabus tabulis lapideis: & loquè-
batur nobiſcum facie ad faciem, ſicut vir
qui oſculatur ſocium ſuum, præ multitudi-
ne dilectionis ſuæ, qua dilexit nos magis
quam ſeptuaginta nationes.

3. A voce miraculorum tuorum & po-
tentiæ tuæ quæ feciſti populo tuo Domini
Iſrael, commoti ſunt omnes populi qui au-
dierunt famam potentiæ tuæ, & ſignorum

tuorum bonorum, & nomen tuum ſanctum auditum eſt in univerſa terra, quod electum eſt magis quàm oleum unctionis, quo unguntur capita regum & ſacerdotum : & ideo dilexerunt juſti ambulare poſt viam bonitatis tuæ, ut poſſideant ſeculum hoc & ſeculum venturum.

4. Quando egreſſi fuerunt populus domus Iſrael de Aegypto, majeſtas dominatoris ſeculi erat dux eorum in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem. Dixerunt juſti illius generationis ; dominator totius ſeculi, trahe nos poſt te, & curremus poſt viam bonitatis tuæ, & applica nos ad radices montis Sinai, & da nobis Legem tuam de theſauro tuo quod eſt in firmamento : & delectabimur & exultabimus, & recordabimur eorum, & diligemus deitatem tuam, & recedemus ab idolis populorum ; & omnes juſti qui faciunt quod rectum eſt coram te, timebunt te, & diliger præcepta tua.

5. Quando fecerunt domus Iſrael vitulum, denigratæ ſunt facies eorum ſicut filiorum Aethiopiæ qui morantur in tabernaculis Cedar. & quando egerunt pœnitentiam & dimiſſum fuit eis peccatum,

multi-

multiplicatus fuit splendor gloriæ vultus eorum, sicut vultus Angelorum, eo quòd fecerunt cortinas tabernaculi, & resedit in medio eorum majestas Domini. Moses autem magister eorum ascendit ad æthera, & posuit pacem inter eos & Regem eorum.

6. Dixit cætus Israel coram populis: Nolite me despicere, eo quòd nigrior vobis sum, & quia feci juxta opera vestra, & adoravi Solem & Lunam, quia prophetæ falsi fuerunt causa ut devolveretur ira furoris Domini super me, & docuerunt me ut servirem idolis vestris, & ambularem in institutis vestris, Domino autem seculi, qui est Deus meus, non servivi, neque ambulavi in Legibus ejus, neque custodivi præcepta ejus & legem ejus.

7. Quando pervenit tempus ut Moses Propheta dissolveretur ab hoc seculo, dixit coram Domino: manifestum est coram me quod populus iste futurus est ut peccet, & ut vadat in captivitatem. nunc autem indica mihi quomodo gubernabuntur, & quomodo habitabunt inter populos quorum decreta sunt eis graviora calore & æstu Solis in meridie in revolutione Tammuz, & quare erunt transmi-

grantes inter greges filiorum Esau & Ismael, quia appplicant tibi idola sua, pro socijs.

8. Dixit Sanctus & benedictus Mosi prophetæ : tu postulas ut deleatur illis exilium : Synagoga quæ comparata est puellæ pulcherrimæ, & quam anima mea diligit, ambulet in vijs justorum, & ordinet orationem suam in ore præfectorum suorum, & deducat generationes suas, & doceat filios suos, qui comparantur hædis caprarum, ut ambulent in domum Ecclesiæ, & in domum doctrinæ ; & propter illam puritatem sustentabuntur in captivitate, donec mittam eis Regem Messiam, qui ducat eos in requiem ad tabernaculum ipsorum, quod est domus Sanctuari, quam ædificaverunt eis David & Salomon pastores Israel.

9. Quando egressi sunt filij Israel de Aegypto, secuti sunt Pharao & exercitus ejus post eos in curribus & in equitibus ; & erat via clausa eis a quatuor partibus. à dextris, & à sinistris erant deserta plena Serpentibus ignitis, & post tergum eorum erat Pharao impius & exercitus ejus, & ante eos erat mare carectosum. Quid fecit ille sanctus & benedictus ? revelatus est in

in virtute potentiæ ſuæ ſuper mare, cùm ſuffocatus eſt Pharao & exercitus eius, & currus, & equites, equi ejus. & ſimiliter perijſſet Iſrael, niſi Moſes Propheta extendiſſet manus ſuas in oratione coram Domino, & avertiſſet iram Domini ab ipſis. & aperuerunt ipſe & juſti generationis illius os ſuum, & dixerunt canticum, & manſierunt in medio maris carectoſi per ſiccum, propter puritatem Abrahæ & Iſaac & Iaacob dilectorum Domini.

10. Quando egreſſi ſunt ad deſertum, dixit Dominus ad Moſen: Quàm pulcher eſt populus hic ut dentur eis verba Legis, & ſint ſicut inauris in maxillis eorum, ut non recedant à via bona, ſicut non recedit equus in cujus maxilla eſt frenum: & quam pulchra ſunt dorſa eorum ut ſuſtineãt jugum præceptorum meorum, & ſint ſuper eos ſicut jugum ſuper cervice bovis qui arat in agro, & ſuſtentat ſe & dominum ſuum.

11. Tunc dictum eſt Moſi: aſcende ad firmamentum, & dabo tibi duas tabulas lapideas exciſas ex ſaphyro throni gloriæ meæ, & ſplendidas ſicut aurum optimum, ordinatas per lineas, ſcriptas digito meo, in quibus ſculpta ſunt decem verba quæ

expurgata sunt magis quàm argentum quod expurgatum est septies septem vicibus: dabo autem ea per manum tuam populo domus Israel.

12. Dum esset Moses magister eorum in firmamento ut susciperet duas tabulas lapideas, & legem & præcepta: surrexerunt impij generationis illius, & fecerunt vitulum aureum unà cum promiscuis qui erant inter eos, & fœtida fecerunt opera sua, & egressum est eis nomen pessimum in seculo, quoniam antea odor eorum exibat diffusus per orbem, & postea fœtidi facti sunt, ut absinthium cujus odor quàm pessimus est.

13. In tempore illo dixit Dominus ad Mosen: vade & descende, quia corrupit se populus tuus: dimitte me ut consumam eos. Tunc reversus est Moses, & quæsivit miserecordiam à facie Domini: & recordatus est Dominus, inclinationis Isaac, qui ligatus fuerat à patre suo in monte Moriah super altare: & conversus est Dominus ab ira sua, & habitare fecit majestatem suam in medio eorum sicut antea.

14. Tunc enim descendit Moses, & duas tabulas lapideas portabat in manibus suis, & propter peccata Israel aggravatæ sunt

sunt manus ejus, & ceciderunt tabulæ, & confractæ sunt : & tunc abijt Moses & comminuit vitulum, & dispersit pulverem ejus in fluvium, & potum dedit filius Israel; & occidit omnes qui erant rei mortis. & ascendit secundò ad firmamentum, & oravit coram Domino, & placavit pro filijs Israel. Tunc præceptum est ei ut faceret tabernaculum & arcam. In illo tempore festinavit Moses, & fecit tabernaculum & omnia vasa ejus, & arcam, & posuit in arca duas tabulas alias, & constituit filios Aaron Sacerdotes ut offerrent oblationes super altare, & ut libarent vinum super oblationes. & unde erat illis vinum ad libandum? Nonne ipsi morabantur in deserto loco qui non est aptus ad seminandum, neque etiam erant ibi ficus, neque vites, neque malogranata? sed ibant ad vineas Engadi, & accipiebant inde botros uvarum, & exprimebant ex eis vinum, & libabant ex illo super altare quartam partem hin super singulos arietes.

15. Quando faciebant filij Israel voluntatem regis sui, ipse in verbo suo laudabat eos in consistorio Angelorum Sanctorum, & dicebat : quàm pulchra sunt opera tua filia mea dilecta mea congrega-

tio

tio Iſrael, in tempore quo facis voluntatem meam, & laboras in verbis legis meæ! & quàm recta ſunt opera tua & occupationes tuæ, ſicut pullorum columbæ, qui mundi ſunt ut offerantur ſuper altari meo.

16. Reſpondit cœtus Iſrael coram dominatore ſeculi, & ita ait: quàm pulchra eſt majeſtas ſanctitatis tuæ! quoniam in tempore quo tu habitas inter nos, & ſuſcipis voluntariè orationes noſtras; & in tempore quo tu habitas in lectulo noſtro dilecto; filij noſtri multi ſunt ſuper terram, & creſcimus & multiplicamur ſicut arbor quæ plantata eſt juxta fontem aquarum, cujus folium pulchrum eſt, & fructus ejus multus.

17. Dixit Salomon propheta: quàm pulchra eſt domus ſanctuarij Domini quæ ædificata eſt per manus meas ex lignis cedrinis: ſed pulchrior eſt domus ſanctuarij quæ ædificanda eſt in diebus regis Meſſiæ, cujus trabes erunt ex cedris quæ ſunt in paradiſo voluptatis; & tigna ejus erunt ex abietibus & arceuthis & pinis.

CAP.

## Cap. II.

DIxit cœtus Iſrael: tempore quo dominator ſeculi collocat majeſtatem ſuam inter me, ego ſum ſimilis lilio viridi ex paradiſo voluptatis, & opera mea pulchra ſunt ſicut roſa quæ eſt in campo horti voluptatis,

2. In tempore autem quo ego declino à vijs quæ rectæ ſunt coram eo, & ipſe aufert majeſtatem ſanctitatis ſuæ à me; ego comparata ſum roſæ quæ germinat inter ſpinas, à quibus perforantur & rumpuntur folia ejus: ſic ego ſum compuncta & ſciſſa propter peſſimas impoſitiones in captivitate inter provincias populorum.

3. Ecce, ſicut pulchra eſt & laudabilis malus citrea, inter arbores infructuoſas, & totus mundus cognoſcit illam: ita dominator ſeculi fuit laudabilis inter Angelos, in tempore quo revelatus fuit in monte Sinai, quando dedit Legem populo ſuo: tunc temporis in umbra majeſtatis ejus deſideravi habitare: & verba legis ejus dulcia fuerunt gutturi meo, & præmia præ-

præceptorum ejus ſervantur mihi in ſeculo venturo.

4. Dixit cætus Iſrael : introduxit me Dominus in domum gymnaſij doctrinæ Iſrael, in montem Sinai, ut diſcerem Legem ex ore Moſis Scribæ magni, & vexillum præceptorum ejus ſuſcepi ſuper me in dilectione, & dixi omnia quæ præcepit Dominus, faciam & audiam.

5. Et in tempore quo audivi vocem ejus qui loquebatur de medio flammæ ignis, commota ſum & contremui retrorſum præ pavore. tunc acceſſi ad Moſen & Aaron, & dixi ad eos : Suſcipite vos vocem ſermonum Domini de medio ignis, & introducite me in domum doctrinæ, & ſuſtentate me in verbis legis, in quibus ſuave fit ſeculum ; & imponite velamina ſuper cervicem meam, interpretationem verborum ſanctorum quę dulcia ſunt gutturi meo, ſicut poma Paradiſi voluptatis, & laborabo in eis ſi fortè ſanabor ex ijs, quia langueo amore.

6. Quando populus domus Iſrael ambulabat per deſertum, erant nubes gloriæ circundãtes eos per quatuor ventos mundi, ut non dominaretur in eos æſtus, neq; ſol, neq; pluvia, neq; grando.

7. Poſt-

7. Posthæc dictum fuit Mosi in pro-
hetia à facie Domini, ut mitteret nunti-
os ad explorandam terram: & quando re-
versi sunt ab explorando, detraxerunt ter-
æ Israel, & demorati sunt quadraginta
nnis in deserto. Aperuit Moses os suum,
t sic ait: Adjuro te ecclesia Israel in Do-
mino exercituum, & in fortitudinibus
æ Israel, ne superbè contendatis ascen-
ere ad terram Chanaan, donec sit volun-
as à facie Domini: & consummatur tota
generatio virorum bellatorum ut morian-
ur de medio castrorum: sicut superbie-
unt fratres vestri filij Ephraim, qui ex
Aegypto egressi sunt triginta annis ante-
quam perveniisset finis: & ceciderunt in
manum Philistinorum, qui habitabant in
Geth, & occiderunt eos. sed expectate
usque ad tempus quadraginta annorum,
& postea ingredientur filij vestri & possi-
debunt eam.

8. Dixit Salomon rex: in tempore quo
habitabat populus domus Israel in Aegyp-
to, ascendit clamor eorum ad cœlos ex-
celsos: tunc revelata est gloria Domini
Mosi super montem Horeb, & misit eum
in Aegyptum ut redimeret eos, & ut edu-
ceret eos de oppressione subjectionis Ae-

gyptio-

gyptiorum, & abbreviatum est tempus præfinitum propter puritatem patrum qui comparati sunt montibus : & diminuit de tempore servitutis centum nonaginta annos, propter justitiam matrum quæ comparatæ sunt collibus.

9. Dixit cœtus Israel: in tempore quo revelata est gloria Domini in Aegypto in nocte Paschæ, & occidit omnem primogenitum; ascendit super fulgur velocissimum, & cucurrit sicut caprea, & sicut hinnulus cervorum, & protexit domos in quibus eramus, & stetit post parietes nostros, & prospexit per fenestras, & aspexit per cancellos, & vidit sanguinem victimæ Paschæ & sanguinem circumcisionis qui impressus erat in portis nostris, & contemplatus est de cœlis excelsis, & vidit populum suum qui comedebat victimam solennitatis assam igni cum intestinis & lactucis agrestibus & azymis; & pepercit nobis, & non dedit potestatem angelo dissipatori ut disperderet nos.

10. Et in tempore matutino respondit dilectus meus & dixit mihi: Surge tibi synagoga Israel, dilecta mea ab initio & pulchra operibus, vade egredere de subjectione Aegyptiorum.

11. Quoniam ecce tempus ſubjectio-
is, quod ſimile eſt hyemi, ceſſavit, &
nni quos dixi Abrahæ inter diviſiones,
bbreviati ſunt; & dominium Aegyptio-
rum, quod comparatum eſt pluviæ con-
inuæ, tranſivit & abijt, & non addetis
ltra videre eos uſque in ſeculum.

12. Moſes autem & Aaron qui com-
arati ſunt ramis palmarum apparuerunt
ederent miracula in terra Aegypti: &
empus putationis primogenitorum adve-
it, & vox Spiritus Sancti & redemptionis
quam dixi Abrahæ patri veſtro, jam enim
ndiſtis quid dixerim ei: & etiam popu-
lum cui ſervituri ſunt judicabo ego, & po-
ſtea egredientur cum ſubſtantia magna &
unc volo facere quod juravi ei in verbo
meo.

13. Cœtus Iſrael qui comparatus eſt
præcocibus ficubus, aperuit os ſuum, &
dixit canticum ſuper mare carectoſum; &
etiam pueri & infantes laudaverunt domi-
natorem ſeculi linguis ſuis. illico dixit e-
i dominator ſeculi: ſurge tibi congrega-
tio Iſrael dilecta mea & formoſa mea, va-
de hinc ad terram quam juravi patribus
tuis.

14. Quando perſecutus eſt Pharao im-
pius

pius populum domus Iſrael, erat cœtus Iſrael, ſimilis columbæ quæ clauſa eſt in foraminibus petræ, quam Serpens coarctat intrinſecus, & accipiter coarctat eam extrinſecus: ſic erat cætus Iſrael clauſus quatuor partibus mundi, quoniam ante eos erat mare, & poſt eos perſequebatur hoſtis, & à duobus lateribus eorum erant deſerta plena ſerpentibus ignitis, qui mordebant & occidebant veneno ſuo filios hominum. illico autem aperuit os ſuum in oratione coram Domino & deſcendit vox de cœlis excelſis, & ſic ait: tu congregatio Iſrael quæ comparata es columbæ mundæ, & occultata es in clauſura foraminum petræ & in abſconditis graduum, oſtende mihi aſpectum tuum & opera tua recta. fac me audire vocem tuam, quoniam vox tua ſuavis eſt in oratione in domo Sanctuarij modici, & aſpectus tuus pulcher in operibus bonis.

15. Poſtquam tranſierunt mare, murmuraverunt propter aquas; & venit contra eos Amalech impius, qui obſervavit eis inimicitiam propter primogenituram & benedictionem quam tulerat Iaacob pater noſter ab Eſau, & venit ut pugnaret contra Iſrael, eo quòd irrita fecerant verbum

rba legis: & Amalech impius furabatur
-sub alis nubium gloriæ animas de tri-
Dan, & occidebat eas. in illo tempore
ndemnatus est populus domus Israel,
i comparatus est vineæ, ut disperdere-
, nisi adfuissent justi generationis illius,
i comparati sunt optimo aromati.

16. In illo tempore conversi sunt in
enitentia. tunc stetit Moses Propheta
oravit coram Domino; & Iosue mini-
ejus accinctus est, & egressus est de
alis nubium gloriæ Domini, & cum
viri justi qui similes sunt rosæ in operi-
us suis; & inierunt prælium contra A-
lech, & confregerunt illum & popu-
ejus in nomine Domini, qui occidit
contrivit eos in ore gladij.

17. Et post paucos dies fecerunt filij Is-
vitulum aureum, & sublatę sunt nubes
oriæ quæ obumbrabant eos: & reman-
unt discooperti, & exuerunt ornamen-
armorum suorum in quibus erat scul-
um nomen magnum expositum in sep-
ginta nominibus; & voluit Dominus
perdere eos de seculo, nisi subijsset me-
ria coram eo juramēti sui quod juravit
verbo suo Abraham, Isaac & Iacob, qui
velocissimi in cultu ejus sicut caprea

& hinnulus cervorum, & etiam oblationis quam obtulit Abraham Isaac filium suum in monte Moriah: & antehac obtulerat illic oblationes suas, & diviserat eas æqualiter.

## Cap. III.

ET quando vidit populus domus Israel quòd sublatæ essent nubes gloriæ ab eis, & corona sanctitatis quæ data fuit eis in Sinai, ablata esset ab eis, remanserunt contenebrati sicut nox, & quæsierunt Coronam sanctitatis quæ sublata fuerat ab eis, & non invenerunt illam.

2 Dixerunt filij Israel ad invicem: surgamus & eamus & circundemus tabernaculum fœderis quod extendit Moses extra castra, & quæramus doctrinam à facie Domini, & majestatem sanctam quæ sublata est à nobis: & circumierunt per civitates & plateas & per vicos, & non invenerunt eam.

3 Dixit cœtus Israel: invenerunt me Moses & Aaron & Levitę observantes custodiam verbi tabernaculi fœderis, qui circui-

circuibant illud per gyrum, & interrogavi eos de majestate gloriæ Domini quæ sublata fuerat à me. Respondit Moses Scriba princeps Israel, & sic ait : Ascendam ad cœlos excelsos & orabo coram Domino, si fortè placabitur super peccata vestra, & habitare faciet majestatem suam inter vos sicut olim.

4. Quasi paulum & modicum fuit, & reversus est Dominus ab ira furoris sui, & præcepit Dominus Mosi Prophetæ ut faceret tabernaculum fœderis & arcam; & collocavit majestatem suam in medio ejus: & populus domus Israel offerebant oblationes suas, & navabant operam verbis legis in cœnaculo domus doctrinæ Mosis magistri eorum, & in cubiculo Iosue filij Nun ministri ejus.

5. Quando audierunt septem populi quòd filij Israel possessuri essent terram ipsorum, surrexerunt simul & succiderunt arbores, & obturaverunt fontes aquarum, & destruxerunt urbes suas & fugerunt. Dixit ille sanctus & benedictus Mosi Prophetæ: ego juravi patribus istorum me introducturum filios eorum in possessionem terræ fluentis lactæ & melle. nunc autem ego retinebo eos quadraginta annis in de-

ſerto, & erit lex mea adſueta corporibus eorum: & poſtea illi populi impij ædificabunt quod deſtruxerunt, tunc dixit Moſes filijs Iſrael: adjuro vos cœtus Iſrael per Dominum exercituum, & per fortes terræ Iſrael, ne ſuperbè contendatis ut aſcendatis in terram Chananæorum, donec impleantur quadraginta anni, & ſit voluntas coram Domino ut tradat habitatores terræ in manus veſtras: & tranſibitis Iordanem, & erit terra ſubjecta coram vobis.

6. Quando aſcenderunt filij Iſrael de deſerto, & tranſierunt Iordanem cum Ioſuę filio Nun, dixerunt populi terræ: quæ eſt iſta gens electa quæ aſcendit de deſerto, ſuffumigata ab incenſu aromatum, & adjuta propter puritatem Abrahæ, qui ſervivit & oravit coram Domino in monte Moriah, & exterſa oleo unctionis propter juſtitiam Iſaac, qui ligatus fuit in loco domus ſanctuarij, qui vocatus eſt mons thuris: & fiunt ei mirabilia propter miſericordiam Iaacob, cum quo luctatus eſt uſq; ad aſcenſum auroræ, & prævaluit illi, & liberatus eſt ipſe & duodecim tribus ejus.

7. Quando ædificavit Salomon rex Iſrael domum Sanctuarij Domini in Ieruſa-

lem,

lem, dixit Dominus in verbo ſuo : quam pulchra eſt domus ſanctuarij hæc quæ ædificata eſt mihi per manus regis Salomonis filij David! & quam pulchri ſunt Sacerdotes in tempore quo extendunt, manus ſuas & ſtant in ſuggeſto ſuo, & benedicunt populo domus Iſrael! & illa benedictio circundat eos ſicut murus excelſus & fortis, & in ea prævalent & proſperantur omnes fortes Iſrael.

8. Sacerdotes autem & Levitæ & omnes tribus Iſrael univerſi apprehendunt verba legis, quæ comparantur gladio, & ponderãt & agitant ea ſicut fortes docti in bello, & ſuper unoquoq; eorũ ſignata eſt circumciſio in carne ipſorum, ſicut ſignata fuit in carne Abrahę : & prævalent & confortantur in ea ſicut fortis qui accinctus eſt gladio ſuper femur ſuum; & ideò non timent à ſpiritibus nocivis & dæmonibus qui ambulant in nocte.

9. Templum Sanctuarij ædificavit ſibi rex Salomon de lignis cedrinis, & arcenthinis & pinis quę adducuntur de Libano, & operuit illud auro puriſſimo.

10. Et poſtquàm conſummavit illud, poſuit in medio ejus arcam teſtimonij quæ erat columna ſeculi, & in medio ejus

erant duæ tabulæ lapideæ quas repoſuit ibi Moſes in Horeb, quæ erant precioſiores argento purgato, & pulchriores auro optimo: & extendit & obumbravit ſuper eam velum hyacinthinum & purpureum, & inter cherubim, quæ erant ſuper propitiatorium, reſidebat majeſtas Domini, qui habitare fecit nomen ſuum in Ieruſalem magis quàm in omnibus urbibus terræ Iſrael.

11. Quando venit Salomon rex ut faceret dedicationem domus ſanctuarij, præco egreſſus eſt in fortitudine, & ſic ait: Egredimini & videte habitatores provinciarum terræ Iſrael & populus Sion diadema & coronam qua coronaverunt populus domus Iſrael regem Salomonem in die dedicationis domus ſanctuarij: & lætatus eſt in lætitia ſolennitatis tabernaculorum quam fecit Salomon rex in tempore illo quatuordecim diebus.

## Cap. IIII.

ET in illo die obtulit rex Salomon mille holocausta super altare, & susceptа est cum beneplacito oblatio ejus coram Domino. irruit vox de cœlis, & sic ait: quàm pulchеres cœtus Israel, & quàm pulchri sunt Principes congregationis & sapientes habitantes in concilio: quia ipsi semper illuminant populum domus Israel, & similes sunt pullis filijs columbæ, & etiam reliqui filij congregationis tuæ & populus terræ sunt justi sicut filij Iacob, qui collegerunt lapides & fecerunt acervum in monte Galaad.

2. Quàm pulchri sunt Sacerdotes & Levitæ qui offerunt oblationes tuas, & comedunt carnes sanctificatas, & decimas & primitias: & mundi sunt ab omni violentia & rapina, sicut erant mundi greges ovium Iaacob in tempore quo tondebantur, & ascendebant de torrente Iaboc, in quibus non erat violentia & rapina; & omnes similes erant ad invicem, & pariebant gemellos in omni tempore; &

ſterilis & orbata non erat in eis.

3. Et labia Sacerdotis magni deprecabantur in oratione in die propitiationis coram Domino, & verba ejus avertebant peccata Iſrael, quæ ſimilia erant vittæ coccineæ, & dealbabant ea ſicut lanam mundam: & rex qui erat princeps eorum plenus erat præceptis ſicut malogranatum, exceptis præpoſitis & principibus qui accedunt ad regem, qui ſunt juſti in quibus non eſt quicquam mali.

4. Et princeps ſcholæ qui erat magiſter tuus, fortis in juſtitia, & magiſter operum bonorum, ſicut David rex Iſrael, & per verbum oris ejus ædificatum eſt ſeculum: & in doctrina legis in qua laborabat confidebant populus domus Iſrael, & vincebant in bello, quaſi eſſent tenentes manibus ſuis omnia genera armorum fortium.

5. Duo ſalvatores tui qui te ſalvaturi ſunt, ſimiles ſunt Moſi & Aaron filijs Iocabed, qui comparati ſunt duobus hinnulis gemellis capreæ, & paſcebant populum Iſrael per puritates ſuas quadraginta annis in deſerto manna & avibus pinguibus, & aqua putei Miriam.

6. Et omni tempore quo populus domus

nus Iſrael tenebat manibus ſuis artem parum ſuorum juſtorum, fugiebant nocentes ſpiritus, tenebriones & matutini ac meridiani dæmones de medio eorum, eo quòd majeſtas gloriæ Domini reſidebat in domo ſanctuarij quæ ædificata eſt in monte Moriah, & omnes dæmones & ſpiritus nocentes fugiebant ab odore incenſi aromatum.

7. Et in tempore quo populus domus Iſrael faciunt voluntatem dominatoris ſeculi, laudat eos in cœlis excelſis, & ſic dicit: tota pulchra es congregatio Iſrael, & macula non eſt in te.

8. Dixit Dominus in verbo ſuo: mecum habitabis cœtus Iſrael, qui ſimilis es ſponſæ honeſtæ, & mecum ingredieris in domum ſanctuarij, & offerent tibi munus principes populi qui habitant ſuper fluvium Amana, & incolæ qui morantur in vertice montis nivis, & gentes quæ ſunt in Hermon, & offerent tibi tributa habitatores civitatum fortium, qui ſunt robuſti ſicut leones, & munus ab urbibus montium qui ſunt fortiores leopardis.

9. Infixus eſt in tabula cordis mei amor tuus, ſoror mea, cœtus Iſrael, quæ comparata es ſponſæ quæ eſt honeſta: infixa

eſt

est in tabula cordis mei dilectio minimi filiorum tuorum qui est Iustus, sicut unus de principibus concilij, & sicut unus ex regibus domus Iuda super cujus collum positum est diadema regni.

10. Quàm pulchræ sunt super me dilectiones tuæ soror mea cœtus Israel, quæ comparatæ es sponsæ pudicæ! quàm bonæ sunt super me dilectiones tuæ magis quàm septuaginta nationum: & nomen bonum justorum tuorum fragrantius est omnibus aromatibus.

11. Et in tempore quo orant Sacerdotes in atrio sanctuarij, labia eorum stillant favum mellis: & lingua tua est instar sponsæ honestæ in sermone tuo; cantica & laudes dulces sicut lac & mel; & odor vestimentorum sacerdotum sicut odor aromatum Libani.

12. Et mulieres tuæ quæ nuptæ sunt viris, honestæ sunt sicut sponsæ honestæ; & sicut hortus voluptatis ac quem nullus vir habet potestatem introeundi, nisi justi, quorum animæ mittuntur illic per manus Angelorum. & virgines tuæ absconditæ sunt & reconditæ in penetralibus, & signatæ sunt sicut fons aquarum viventium qui oritur sub arbore, & dividitur in quatu-

quatuor capita fluminum: & nisi esset signatus in nomine magno & sancto, egrederetur & flueret & inundaret universum mundum.

13. Iuvenes autem tui pleni sunt præceptis sicut malogranata, & diligunt uxores suas, & generant filios justos similes eis: & ideò odor eorum sicut aromata optima horti voluptatis, & sicut cypri cum nardo.

14. Nardus & crocus, & calamus aromaticus, & cinnamomum cum omnibus lignis thuris, myrrha munda & ligna aloes, cum omnibus speciebus laudabilium aromatum.

15. Et aquæ Siloe quæ ducuntur in quiete cum reliquis aquis quæ defluunt de Libano ut irrigent terram Israel, eò quòd navant operam verbis legis quæ comparantur puteo aquarum viventium; & in justitia libationis aquarum quæ libantur super altare in domo Sanctuarij quæ ædificata est in Ierusalem, quæ vocatur Libanus.

16. Et in latere Aquilonari erat mensa, & super eam duodecim panes faciem, & in latere Australi erat candelabrum ad illuminandum, & super altari offere-

offerebant ſacerdotes oblationes, & adolebant ſuper illo incenſum aromatum. dixit populus Iſrael: ingrediatur Deus dilectus meus in domum ſanctuarij, & ſuſcipiat voluntariè oblationes populi ſui.

## Cap. V.

DIxit ille ſanctus & benedictus populo ſuo domui Iſrael. Ingreſſus ſum domum Sanctuarij mei quã ædificaſti mihi ſoror mea congregatio Iſrael, quæ comparata es ſponſæ honeſtæ, & habitare feci majeſtatem meam in medio tui; ſuſcepi incenſum aromatum tuorum quod feciſti nomini meo: miſi ignem de cœlis, qui conſumpſit holocauſta & victimas ſanctificatas; ſuſcepta eſt voluntariè coram me libatio vini rubicundi, & vini albi quod libaverunt ſacerdotes ſuper altare meum. Nunc autem venite Sacerdotes diligentes præcepta mea, comedita quod relictum eſt de oblationibus, & delectamini bonis quæ præparata ſunt vobis.

2. Poſt omnia verba hæc peccaverunt populus domus Iſrael, & tradidit eos Dominus in manus Nabuchodonoſor regis Babylo-

Babylonis,& adduxit eos in captivitatem: & erant ſimiles in captivitate viro dormienti, qui non poteſt expergiſci de ſomno ſuo. & vox Spiritus ſancti admonebat eos per manus prophetarum, & excitabat eos de ſomno cordis eorum. Reſpondit dominator totius ſeculi, & ſic ait: Convertere ad pœnitentiã,aperi os tuum,aperi os tuũ & exulta & lauda me ſoror mea dilecta ſynagoga Iſrael, quæ comparata es columbæ, in perfectione operum tuorum: quoniam capilli capitis mei plani ſunt lachrimis tuis, ſicut vir cujus capilli capitis tinguntur de rore cœli,& cincinnus cæſariei meę repletus eſt guttis oculorum tuorum, ſicut vir cujus cincinnus cæſariei ſuæ plenus eſt guttis pluviæ quæ deſcendunt in nocte.

3. Reſpondit cœtus Iſrael coram prophetis: ecce jam abſtuli à me jugum præceptorum ejus, & ſervivi idolis populorum: quomodo ergo erit mihi facies ut convertar ad eum? reſpondit eis dominator ſeculi per manum prophetarum: ego quoque abſtuli majeſtatem meam de medio tui,& quomodo convertar? tu autem feciſti opera mala. ego ſanctificavi: pedes meos ab immunditijs tuis, ſed quomodo coin-

coinquinabo eos inter te operibus tuis malis ?

4. Quando manifeſtum fuit coram Domino quòd populus domus Iſrael nolebat pœnitentiam ágere, & converti ad eum, extendit plagam fortitudinis ſuæ contra tribum Ruben & Gad & dimidiam tribum Manaſſe quæ erat trans Iordanem, & tradidit eos in manus Sennacherib regis Aſſyriorum, qui tranſtulit eos in Lachlah & Chabor fluvios Gozan, & civitates Medorum, & tulit è manu eorum vitulum conflatilem quẽ poſuerat Ieroboam impius in Leſemdan, quæ vocata eſt Pameias, in diebus Pharez filij Romeliæ. & quando audivi ego, miſerationes meæ revolutæ ſunt ſuper eos.

5. Cùm autem prævaluit contra me plaga fortitudinis Domini, obſtupui propter opera mea : & ſacerdotes obtulerunt oblationes, & adoleverunt incenſum aromatum, & non fuit acceptum cum beneplacito : quoniam dominator ſeculi clauſit portas pœnitentiæ in conſpectu meo.

6. Dixit cœtus Iſrael : volui quærere doctrinam à facie Domini ; ipſe autem abſtulit majeſtatem ſuam de medio mei : & anima mea deſideravit vocem verborum ejus :

ius: quæsivi majestatẽ gloriæ ejus, & non veni: oravi coram eo, & ipse obumbravit cœlos nubibus, & non suscepit orationem meam.

7. Comprehenderunt me Chaldæi qui custodiebant vias, & obsidebant in circuitu contra civitatem Ieruſalem; quosdam eorum occiderunt gladio, & quosdam eorum duxerunt in captivitatem. tulerunt torquem regium Sedechiæ regis Iudæ de collo ejus, & duxerunt eum in Ribla, & excæcaverunt oculos ejus populi Babylonis qui obsidebant civitatem & custodiebant muros.

8. Dixit cœtus Israel: adjuro vos prophetæ per decretum verbi Domini, quòd si revelatus fuerit vobis misericors vester, annuncietis coram eo, quòd amore misericordionis ejus ego langueo.

9. Responderunt prophetæ & dixerunt domui Israel: qualis est Deus quem tu vis colere cœtus Israel qui pulcher es super omnes populos? qualis est Deus quem tu vis timere; quia sic adjurasti nos?

10. Tunc cæpit cœtus Israel narrare laudes dominatoris seculi, & sic ait: Illi deo volo servire qui amictus est per diem stola alba sicut nix: & splendor glorię vultus

tus Domini lucet ſicut ignis, propter mul
titudinem ſapientiæ & opinionis, quia ru
mores novos ipſe innovat quotidie, & fu
turum eſt ut manifeſtet eos populo ſuo i
die magno, & vexillum ejus erit ſupra mil
le millia Angelorum qui miniſtrant co
ram eo.

11. Lex ejus quæ deſiderabilior e
auro obrizo, & interpretatio verborum
quæ in ea ſunt coacervata, & eloquia
præcepta, cuſtodientibus ea ſunt alb
ſicut nix: his autem qui non cuſtodiunt
ſunt nigra ſicut alæ corvi.

12. Oculi ejus contemplantur ſemper
Ieruſalem, ut benefaciat ei & benedicat
à principio anni uſque ad finem ejus; ſi
cut columbæ quæ ſtant & aſpiciunt ad ex
itum aquarum; propter puritatem eorum
qui habitant in concilio qui laborant in
lege, & illuminant judicium ut ſit lene ſi
cut lac, & habitant in domo doctrinæ &
diſceptant in judicio donec conſummen
ut juſtificent & ut condemnent.

13. Duæ tabulæ lapideæ quas dedit
populo ſuo, ſcriptæ erant decem lineis ſi
milibus lineis horti aromatum quæ ger
minant acutiſſimos ſenſus & ſuaves ſicut
hortus germinat aromata; & labia ſapien
tum

... qui laborant in lege, fluunt ſententijs ...nni parte; & eloquium oris eorum ſi... myrrha electa.

... Et duodecim tribus Iacob ſervie... diſpoſiti erant per circuitum in lami... coronæ aureæ ſanctæ, ſculptæ in du... cim margaritis cum tribus partibus ...di, Abraham, Iſaac & Iacob. Ruben ...ptus erat in lapide Sardio: Simeon ...tus erat in lapide Topazio: Levi ...ptus erat in Sapphiro: Iuda ſculptus ... in Carbunculo: Iſſachar ſculptus erat ...maragdo: Zabulon ſculptus erat in ...ide: Dan ſculptus erat in Beryllo: ...talim ſculptus erat in Agate: Gad ...tus erat in Amethyſto: Aſſer ſculptus ... in Chryſolitho: Ioſeph ſculptus erat ...Onychino: Benjamin ſculptus erat in ...rio: qui ſimiles erant duodecim ſig... cœleſtibus, lucidi ſicut lampas, & po... in operibus ſuis ſicut dentes elephan... & ſplendentes ſicut gemmæ.

... Iuſti autem ipſi ſunt columnæ ſe... & baſes ſuper ſuſtentacula auri opti... ſunt verba legis in quibus laborant, ...corripiunt populum domus Iſrael ut fa... voluntatem ejus: & ipſe impletur ſu... eos miſerationibus ſicut ſenis, & de...

albat peccata domus Israel sicut nivem: & paratus est ut faciat victorias in bello contra populos qui transgrediuntur verbum ejus, sicut juvenis fortis qui robustus est sicut cedri.

16. Verba gutturis ejus dulcia sunt sicut mel, & omnia præcepta ejus desiderabilia sapientibus ejus super aurum & argentum. Hæc est laus Dei dilecti mei, & hæc est fortitudo virtutis Domini dilecti mei. O prophetæ qui prophetatis in Ierusalem!

17. Responderunt prophetæ cùm audirent laudes Domini ex ore cœtus Israel, & ita dixerunt, propter quod peccatum sublata est de medio tui majestas Domini, O tu quæ pulchra es in operibus tuis super omnes nationes? & ad quem locum declinavit dilectus tuus quando elevatus est de Sanctuario tuo? Dixit cœtus Israel: propter peccata & rebelliones & proditionem quæ inventæ sunt in me. dixerúntque prophetæ: Nunc convertere ad pœnitentiam, & surgamus tu & nos, & oremus coram eo, & quæramus misericordiam tecum.

## Cap. VI.

DOminator autem ſeculi ſuſcepit voluntariè orationem eorum, & deſcendit in Babylonem ad concilium ſapientum, & dedit populo ſuo requiem, & eduxit eos de captiuitate ipſorum per manum Cyri & Eſdræ & Nehemiæ & Zorobabel filij Sealthiel, & ſeniorum Iudæorum; & ædificaverunt domum ſanctuarij, & conſtituerunt ſacerdotes ſuper oblationes, & Levitas ſuper cuſtodiam verbi ſanctitatis, & miſit ignem de cœlis, & ſuſcepit voluntariè oblationem, & incenſum aromatum: & ſicut vir qui nutrit filium ſuum dilectum in delitijs, ita delicatè nutrivit eos; & ſicut vir qui colligit roſas de convallibus, ita congregavit eos de Babylonia.

2. Et in illo die ego ſervivi domino ſeculi dilecto meo, & dilectus meus habitare fecit majeſtatem ſanctam in medio mei, & nutrivit me delitijs.

3. Dixit Dominus in verbo ſuo: quàm pulchra es tu dilecta mea in tempore quo vis facere voluntatem meam! pulchra eſt

domus Sanctuarij, quam ædificasti mihi similem priori domui Sanctuarij, quam ædificavit mihi Salomon rex Ierusalem; & terror tuus fuit super omnes populos in die quo ambulaverunt vexilla tua per desertum.

4. Fac accumbere magistros tuos sapientes, congregatio magna in circuitu in conspectu meo; ipsi enim consulebant me in captivitate, & constituebant gymnasium doctrinæ legis meæ. reliqui autem magnates tui & populus terræ justificaverunt me in verbo oris sui, sicut filij Iacob qui colligerunt lapides, & fecerunt acervum in monte Galaad.

5. Sacerdotes autem & Levitæ qui comedunt oblationes tuas & decimas sanctificatas & primitias, mundi sunt ab omni violentia & rapina, quemadmodum mundi erant greges ovium Iacob in tempore quo ascendebant de torrente Iaboc, in quibus non erat violentia nec rapina; & omnes similes erant ad invicem, & pariebant gemellos fœtus in omni tempore: & orbata & sterilis non erat in eis.

6. Regnum autem domus Hasmenæorum omne plenum est præceptis sicut malogranatum, præter Mathatiam sacerdo-

tem

tem magnum & filios ejus, qui erant juſtiores illis omnibus, & confirmabant præcepta & verba legis in puritate.

7. Tunc ſurrexerunt Græci & congregaverunt ſexaginta reges de filijs Eſau, indutos loricis, aſcendentes ſuper equos, & equites & octoginta duces de filijs Iſmael, aſcendentes ſuper elephantos, præter reliquos populos & linguas quorum non erat numerus; & conſtituerunt Alexandrum regem ſuper eos in Principem, & venerunt ut pugnarent contra Ieruſalem.

8. Et in illo tempore erat cœtus Iſrael ſimilis columbæ perfectæ, & ſerviebat unanimis domino ſuo, & apprehendebat legem, & laborabat in verbis legis in corde perfecto, & puræ erant juſtitiæ ejus ſicut in die quo egreſſa eſt de Aegypto. tunc egreſſi ſunt filij Haſmonæorum & Mathatias & omnis populus Iſrael, & pugnaverunt contra eos, & tradidit eos Dominus in manus eorum: & cùm hoc vidiſſent habitatores provinciarum, beatos eos dixerunt, & regna terræ & potentes, & laudaverunt eos.

9. Dixerunt nationes: quàm ſplendida ſunt opera populi hujus ſicut mane! pul-

chri sunt juvenes ejus sicut luna, & puræ sunt probitates ejus sicut Sol : & terror ejus erat super omnes habitatores terræ, quando ambulabant vexilla ejus per desertum.

10. Dixit dominator seculi : in domo Sanctuarij secunda quæ ædificata est per manum Cyri, habitare feci majestatem meam ut viderem opera bona populi mei, & ut viderem si crescant & multiplicentur sapientes qui comparantur viti, & si germina eorum plena sint operibus bonis sicut mala punica.

11. Cùm autem revelatum fuit coram Domino quòd essent justi, & quòd laborarent in lege, dixit Dominus in verbo suo : non addam ultrà humiliare eos, neq; faciam cum eis consumptionem, sed consilium inibo in anima mea ut benefaciam eis, & ut ponam eos excelsos in curribus regum propter puritates justorum generationis illius : qui similes sunt in operibus suis Abrahæ patri suo.

12. Revertere ad me cœtus Israel: revertere ad Ierusalem; revertere ad domum doctrinæ legis meæ, revertere ad suscipiendam prophetiam à prophetis qui prophetant in nomine verbi Domini. quid

prodest

prodest vobis O prophetæ falsi, ut decipiatis populum qui est in Ierusalem in prophetia vestra, qua vos loquimini aversionem contra verbum Domini, ut profanatis castra Israel, & Iuda?

## Cap. VII.

Dixit Salomon in spiritu prophetię à facie Domini : quàm pulchri sunt pedes Israel, quando ascendunt ut appareant coram Domino tribus vicibus in anno, cum calceamentis taxeis,& offerunt vota sua & oblationes voluntarias suas ! & filij eorum qui egressi sunt de femore eorum pulchri sunt sicut lapides precioſi, qui fixi sunt in corona sancta, quam fecit Beseleel artifex Aaron Sacerdoti.

2. Et Princeps scholæ tuæ per cujus puritatem gubernantur omnia secula, sicut fœtus enutritur per umbilicum in utero matris suæ, splendidus est in lege sicut circulus Lunæ ; quando venit ad mundandum, & ad contaminandum, & ad justificandum, & ad condemnandum : & non deficiunt verba legis unquam ab ore ejus,

ſicut non deficiunt aquæ fluminis magni, quando egreditur de Paradiſo, & ſeptuaginta ſapientes circundant eum ſicut aream rotundam; & cellaria eorum plena ſunt decimis ſanctificatis & votivis & ſpontaneis, quas conſtituerunt eis Eſdras Sacerdos, & Zorobabel, & Ioſue, & Nehemias, & Mardo-chæus & Belſan, viri eccleſiæ magni, qui comparantur roſis ut ſit eis virtus ut laborent in lege die ac nocte.

3. Salvatores tui qui te redempturi ſunt, ſimiles ſunt Moſi & Aaron filijs Iocabed qui comparantur duobus hinnulis gemellis capreæ.

4. Iudex quoque tuus qui judicat judicium tuum, fortis eſt ſuper populum, ut alliget eos, & ut trahat eos, qui condemnantur in judicio, ad carcerem, ſicut Salomon rex, qui fecit turrim eburneam, & ſubjecit populum domus Iſrael; & convertit eos ad dominatorem ſeculi. Scribæ tui pleni ſunt ſapientia ſicut piſcinæ aquarum: & ſciunt conſtituere rationes emboliſmorum, & annos intercalant, & ſignant principia annorum & menſium, in porta domus concilij magni: & princeps familiarem domus Iuda ſimilis eſt David regi,

qui

qui ædificavit arcem Sion, quæ vocatur turris Libani; quoniam omnis qui steterit in ea, potest numerare omnes turres quæ sunt in Damasco.

5. Rex qui constitutus est super te in principem, justus est sicut Helias propheta, qui zelo zelatus est pro Domino cœli, & occidit prophetas falsos in monte Carmelo, & convertit populum domus Israel ad timorem Domini Dei: & pauperes populi qui ambulabant apud principem hinc & inde, eò quòd egeni sunt, futurum est ut induantur purpura, sicut indutus est Daniel in civitate Babylonis, & Mardo-chæus in Susis, propter puritatem Abrahæ, quem regem constituit ab initio in dominatorum seculi, & propter justitiam Isaac, quem ligavit pater ejus ut offerret eum in holocaustum; & propter benignitatem Iaacob, qui decorticavit virgas, & posuit eas in canalibus.

6. Dixit Salomon rex: quàm pulcher es cœtus Israel in tempore quo tu portas super te jugum regni mei, in tempore quo ego corripio te infirmitatibus propter peccata tua, & tu susci pis eas in charitate, & videntur tibi quasi deliciæ!

7. Et in tempore quo Sacerdotes cui exten-

extendunt manus ſuas in oratione, & benedicunt fratribus ſuis domui Iſrael, ſimiles ſunt digiti manus eorum extenſi ramis palmarum, & ſtatura eorum eſt ſicut palma, & Eccleſia tua ſtat facie ad faciem contra Sacerdotes, & facies eorum inclinatæ ſunt in terram ſicut botri uvarum.

8. Dixit Dominus in verbo ſuo: aſcendam & tentabo Danielem, & videbo ſi poteſt ſtare in tentatione hac ſicut ſtetit Abraham, qui ſimilis fuit ramo palmarum, quem probavi decem tentationibus: & probabo ego quoque Ananiam, Mizael, & Azariam. & ſi poſſunt ſtare in tentationibus ſuis, redimam propter puritates eorum populum domus Iſrael qui comparatus eſt botris uvarum: & nomen Daniel, Ananiæ, & Mizael & Azariæ audictur in univerſa terra, & odor eorum erit fragrans ſicut odor pomorum Paradiſi voluptatis.

9. Dixit Daniel & ſocij ejus: ſuſcipiendo ſuſcipiemus ſuper nos decretum verbi Domini, ſicut ſuſcepit ſuper ſe Abraham pater noſter, qui comparatus eſt vino veteri; & ambulabimus in vijs quæ rectæ ſunt coram eo, ſicut ambulaverunt Helias & Helizæus prophetæ, per quo-

rum

m puritates ſurrexerunt mortui, qui ſi-
les ſunt viro dormienti : & ſicut Eze-
iel filius Buzi ſacerdos, quia in prophe-
ori ſui ſuſcitati ſunt dormientes mor-
i qui erant in campo Dura.

10. Dixit Ieruſalem : in omni tempo-
quo ego ambulo in via dominatoris ſe-
li, habitare facit majeſtatem ſuam in
edio mei, & ad me eſt deſiderium ejus.
in tempore quo ego declino à vijs ejus,
fert majeſtatem ſuam à me, & transfert
e inter populos, & ipſi dominantur in
e ſicut vir qui dominatur uxori ſuæ.

11. Quando peccaverunt populus do-
us Iſrael tranſmigrare eos fecit Domi-
us in terram Seir regionis Idumęæ. dixit
cœtus Iſrael : obſecro te dominator totius
ſeculi ſuſcipe orationem meam. qua ego
oro coram te in urbibus tranſmigrationis
meæ & provincijs populorum.

12. Dixerunt filij Iſrael ad invicem :
ſurgamus manè, & eamus ad domum ec-
cleſiæ & ad domum examinis, & inveſti-
gemus in libro legis, & videamus an per-
venerit tempus redemptionis populi do-
mus Iſrael, qui comparatus eſt viti, ut re-
dimatur de captivitate ſua : & interroge-
mus ſapientes an manifeſta ſit coram Do-

mino

mino justitia justorum qui pleni sunt p
ceptis sicut malogranata, & an perven
rit finis ut ascendamus in Ierusalem,
demus ibi laudem Deo cœli, & offeram
holocausta & victimas sanctificatas.

13 Et cùm fuerit voluntas à facie De
mini ut redimat populum suum de capt
vitate, dicetur regi Messiæ: Iam comple
tus est finis captivitatis, & puritas justo
rum suavis est coram me sicut odor balsa
mi: & sapientes generationum constituti
in portis gymnasij, operam dant verbis
scribarum & verbis legis: nunc surge susc
cipe regnum quod reposui tibi.

---

## Cap. VIII.

ET in illo tempore revelabitur rex
Messias cœtui Israel, & dicent ei
filij Israel: veni, esto frater no
ster, & ascendamus in Ierusa
lem, & sugemus tecum sententias legis,
sicut sugit infans ubera matris suæ: quia
omni tempore quo eram extorris extra
terram meam, cùm recordabar nominis
Dei magni, & tradebam animam meam
propter

opter deitatem ejus, etiam populi terra-
m non deſpiciebant me.

2 Ducam te rex Meſſias & introducam
in domum ſanctuarij mei, & docebis me
mere à facie Domini, & ambulare in vi-
ejus, & ibi prandebimus prandium, &
bamus vinum vetus quod reconditum
in uvis ſuis à die quo creatum eſt ſecu-
m, & de malis punicis quæ præparata
jus juſtis in paradiſo voluptatis.

3. Dixit cœtus Iſrael: ego electa ſum
pra omnes populos, quia ego aligo
ontalia manui ſiniſtræ meæ, & capiti;
hartuláque infixa eſt lateri dextero portæ
eæ, cujus tertia pars reſpicit thalamum
eum, ut non habeant licentiam dæmo-
es ad nocendum mihi.

4. Dicet rex Meſſias: adjuro vos po-
ule mi domus Iſrael, quare contenditis
ontra populos terrarum & egrediamini
e captivitate? & quare vos vultis rebel-
are contra exercitum Gog & Magog? ſu-
inete modicum donec conſumantur po-
uli qui aſcenderunt ad belli gerendum
ontra Ieruſalem, & poſtea recordabitur
obis dominator ſeculi miſerationum ju-
orum, & erit voluntas à facie ejus ut li-
eret vos.

5. Dixit

5. Dixit Salomon propheta: quando reviviſcent mortui, futurum eſt ut ſcindatur mons Olivarum: & omnes mortui Iſrael egreſſuri ſunt ex eo; & etiam juſti qui mortui ſunt in captivitate, venturi ſunt per viam ſpinarum ſub terra, & egredientur ex monte Olivarum. Futurum eſt autem ut impij qui mortui ſunt & ſepulti ſunt in terra Iſrael, deijciantur ſicut lapis quem proijcit homo ſuper terram: tunc dicent omnes habitatores terræ: quæ eſt puritas populi hujus qui aſcendit de terra in mille millibus, ſicut in die quo quo aſcendit de deſerto in terram Iſrael, & delicijs affluunt propter miſerationes Domini ſui, ſicut in die qua viſus eſt ſub monte Sinai ut ſuſciperet legem? & futurum eſt in illa hora ut Sion, quæ eſt mater Iſrael, pariat filios ſuos & Ieruſalem ſuſcipiat filios captivitatis.

6. Dicant filij Iſrael in die illa Domino ſuo: obſecro te, pone nos ſicut ſculpturam anuli ſuper cor tuum & ſicut ſculpturam anuli ſuper brachium tuum, ut non addamus ultra eſſe exules: quoniam fortis eſt ſicut mors dilectio deitatis tuæ, & robuſtus ſicut gehenna zelus populorum qui zelant nos; & inimicitia quam reſer-

vant

nt nobis, similis est prunis ignis gehen-
, quem creavit Deus ut succendantur
eo cultores idololatriæ.

7. Dixit dominator seculi populo suo
omui Israël: quamvis congregentur om-
es populi qui comparati sunt aquis ma-
is, quæ sunt multæ, non poterunt extin-
guere miserationes meas à te: & si con-
gregati fuerint omnes reges terræ, qui
comparati sunt aquis fluminis quod de-
init cum impetu, non poterunt evellere
à seculo: & si dederit vir omnem pecu-
am domus suæ ut possideat sapientiam
in captivitate, ego reddam ei duplum in
seculo venturo; & omnis præda quam de-
prædabitur de castris Gog, ipsius erit.

8. In illo tempore dicent Angeli cœli
ad invicem gens una est nobis in terra, &
puritates ejus leves sunt, & reges & domi-
natores non habet ut egrediantur ad pug-
nandum contra exercitum Gog; quid fa-
ciemus sorori nostræ in die qua locuta fu-
erint nationes, ut ascendant contra eam
ad bellum?

9. Dicet Michael princeps Israel: si ip-
sa steterit sicut fundamentum inter popu-
los, & dederit argentum ut possideat uni-
tatem nominis dominatoris seculi, erimus

ego

ego & vos cum ſcribis eorum circundantes eam ſicut ordines argentei; & non habebunt poteſtatem populi ut dominentur in eam, ſicut non eſt poteſtas vermi ut dominetur argento: & quamvis ſit egena præceptis, quæramus miſerationem propter eam coram Domino, & recordabitur ejus puritate Legis in qua laborant pueri, quæ ſcripta eſt in tabulis cordis: & ſtat contra gentes ſicut cedrus.

10. Reſpondebit cœtus Iſrael & dicet: ego ſum fortis in verbis legis ſicut murus, & filij mei robuſti ſicut turres. & in illo tempore cœtus Iſrael inveniet miſericordiam in oculis Domini ſui, & ſalutabunt eam omnes habitatores terræ.

11. Gens una aſcendit in ſortem dominatoris ſeculi, apud quem eſt pax, quæ comparata eſt vineæ: collocavit eam in Ieruſalem, tradiditque eam in manum regum domus David, ut cuſtodirent eam, ſicut agricola cuſtodit vineam ſuam. poſtquam autem mortuus eſt Salomon rex Iſrael, remanſit in manu Roboam filij ejus, & venit Ieroboam filius Nabat: & diviſit cum eo regnum: & tulit de manu ejus decem tribus, juxta verbum

verbum oris Achiæ Sylonitæ, qui erat vir magnus.

12. Quando audivit Salomon rex Israel prophetiam Achitæ Sylonitæ, quæsivit occidere eum: & fugit Achia à facie Salomonis, & abijt in Aegyptum. & in illo tempore dictum est in prophetia Salomoni regi, quod dominaretur decem tribubus omnibus diebus suis, & post mortem suam dominaretur eis Ieroboam filius Nabat: & duabus tribubus, videlicet Juda & Benjamin, dominaretur Roboam filius Salomonis.

13. Dixit Salomon in fine prophetiæ suæ: dicturus est dominator seculi cœtui Israel in fine dierum: tu congregatio Israel quæ comparata es horto minimo inter nationes, & habitas in domo doctrinæ cum socijs concilij & reliquis populis qui auscultant vocem principis scholæ, & discunt ab ore ejus verba ejus: audire fac legem, vocem scilicet sermonum tuorum in tempore quo tu sedes ad justificandum & ad condemnandum & assentiar omnibus quæ feceris.

14. In illo tempore dicent senes cœtus Israel: fuge tibi dilecte mi dominator seculi de terra hac immunda, & habitet

majestas tua in cœlis excelsis : & in tempore tribulationis quo nos oraverimus coram te, eris similis capreæ, quæ in tempore quo dormit, unus oculus ejus est clausus, & alter oculus est apertus : aut sicut hinnulus cervorum, qui in tempore quo fugit, respicit post se : sic tu contemplaberis nos, & respicies tribulationem nostram & afflictionem nostram de cœlis excelsis, usque ad tempus quo beneplacitum erit tibi in nobis. & redimes nos & introduces nos in montem Ierusalem, & ibi adolebunt Sacerdotes coram te incensum aromatum.

(* * *)

πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται. I. Cor. 14. 32.